



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

§. 37. Tertium S. Bernardi in Italiam iter.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

**Secul. XII.** iis significabant, Rainaldum Etrurien  
A.C. 1137. sem per seditionem fuisse Abbatem ele-  
 ctum, & præcipiebant; rogarent ipsi Im-  
 peratorem & Papam, ut Cassinensis  
 Abbatem darent. Quo comperto Rai-  
 naldus Etruriensis secreto cum ministri  
 Rogerii Regis paciscitur, sibique Digni-  
 tatem Abbatialem a Rogerio & Antipa  
 Petro Leonis confirmari petit. Im-  
 perator vero, qui tunc Ravennæ verba-  
 tur, Nuncio Cassinensi benigne excepto  
 edixit, se neutquam esse passurum, ut  
 Rainaldus Abbatis Dignitate emineret,  
 utpote Cliens Regis Rogerii, quem in-  
 fensissimum Imperii hostem censebat.

### §. XXXVII.

#### *Tertium S. Bernardi in Italiam iter.*

**Chro. Benev.** Anno millesimo centesimo trigesimo se-  
**ap. Baron.** ptimo, mense Martio, Innocentius  
 relicta civitate Pisana Viterbum se con-  
 tulit, sermones cum Imperatore commu-  
 nicaturus, qui Pontifici misit Henricum  
 Ducem Bavariæ, Generum suum, cum  
 trium millium equitatu, additis manda-  
 tis; in Romanæ urbis vicinia castra mo-  
 taretur, & Robertum Capuano Princi-  
 patui restitueret; nam Imperator intro-  
 rim Marchiam Anconitanam petere stu-  
 terat. Ceterum Papa, datis ad S. Ber-  
 nit. lib. II. nardum literis, petierat, ut in Italianum  
 e. 7. n. 41. veniret & Ecclesiæ opem ferret, cumque idem

idem Cardinales per literas rogarent, Sæcul. XII.  
 credidit Vir Sanctus, nullam sibi excu- A.C. 1137.  
 sationem superesse, quin tertio in Italiam  
 proficisceretur. Ergo Sermones in Can-  
 ticum aliaque opera interrupti, convoca-  
 tisque undique monachis suis abiturus  
 Ecclesiæ statum & Schismatis pæne emo-  
 rientis luctam exposuit, hortatus, ut pro  
 eo penitus extinguedo Deum precaren-  
 tur, & se absente nihil de observantia Re-  
 gulae relaxarent. S. Bernardus deinde  
 Viterbium ad Papam pervenit, ubi pa- Serm. 26.  
 rum absuit, quin Fratrem suum Gerar- in Cant. n. 14.  
 dum, itineris socium, gravissimo morbo  
 correptum, amitteret.

*vit. 42.*

Cum Papa & Cardinales suam senten-  
 tiam circa præsentem rerum statum S.  
 Bernardo aperuissent, ipse rejecto armo-  
 rum consilio, aliam viam tentandam esse  
 existimavit. Itaque cum variis sermo-  
 nem conserens exploravit, quanta Schis-  
 maticorum potentia, quæ vires, quæ spes,  
 & mens eorum Principibus essent, an er-  
 rori vel malitiæ pertinacia in malo ortum  
 deberet. Sicque ex privatis colloquiis  
 didicit, viros Ecclesiasticos, Antipapæ ad-  
 harentes, de fortunis suis angi; satis  
 ipsos errorem suum cognoscere, sed ne  
 ad sinum Ecclesiæ redirent impediri ti-  
 more, ne deinde sui contemptum, & in-  
 famiam ferre cogerentur, denique malle  
 ipsos sub qualiscunque honoris umbra

*Hist. Eccles. Tom. XVI. D d d Bo.*

Sæcul. XII. Bonis & Dignitatibus suis frui, quam  
 A.C. 1137. dibus suis pulsos ad mendicitatem in  
 omnium oculis redigi. Petri Leonis  
 propinqui & affines dicebant, se proborum  
 omnium invidiae ferendæ pares no-  
 fore, si propriam domum & familiam  
 suam, cuius Caput Petrus esset, perditum  
 irent. Alii perseverantiam in Schismate  
 excusabant, quod Anacleto fidem  
 rejurando promisissent; nemo vero  
 sceræ conscientiæ ductu Antipapam sequi  
 batur.

His Bernardus ingerebat; factio-  
 nes insolentes tam Legibus quam Consta-  
 tionibus Canonicis adversas quan-  
 que auctoritatem a jurejurando non po-  
 se accipere, nec specie Religionis, qua-  
 hujusmodi Sacra menta nulla esse doc-  
 ret, posse defendi. His S. Bernardi  
 monitionibus multi a Schismate absti-  
 hebantur, ac Petri Fautores in dies no-  
 merabantur pauciores. Ipse quoque  
 animo cadebat, cum videret suæ factio-  
 nis ruina Innocentii auctoritatem cres-  
 re. Deficiebat pecunia, Clientes &  
 miliares dilabebantur, mensæ cum pa-  
 cis accumbenti non nisi fercula, vili pro-  
 pria comparata inferebantur, familiæ pro-  
 fecti detritis vestibus incedebant, merce-  
 narii ipsius macilenti & ære alieno gra-  
 vati. Denique tristis totius domus faci-  
 certum imminere interitum indicabat

§. XXXVII